

docti doctis juncti, imò prelati! Ipsi Vos jam judica-
 te, Auditores, annon dignus JESU CHRISTI Nata-
 lis sit: qui postquam à pia Matre Ecclesia tenus hac,
 juxta utrumq; Veterem et novam polum religiose in uni-
 verso Christiano Orbe cultus fuit, nunc in hoc nostro Gymna-
 sio à nobis Mysterium nullis ac alumnis non tam colatur
 quam recolatur. Recoletur itaq; ACTV Rodie solemniori
 Genethliaco, brevi quodam Dramate Poëtico qui sit au-
 ctus, et ita quidem recolatur, ut Claritas justissimum Na-
 talis Domini duabus Orationibus celebretur: deinde
 ut quid gaudii capiendum sit Romibus à Natalis Domi-
 nici Claritate doceatur: atet Pueri nati ac Filii dati
 Honorum tituli ex Classico Esaiæ loco nostra vernacula
 exponantur: ut deniq; nam Salve Metricis legibus
 strictam, quo Natalis Domini et natus Dominus di-
 gnè à multis excipientur, in utraq; lingua audiat.
 Vos, Vos Splendidissimi Ornatissimiq; Auditores, Syo-
 nite interim tantisper in hoc Genethliaco ACTV
 humana sapientia usum, quo Natalem CHRISTI
 nobiscum ritè veneremini: agnoscite vestram huc in-
 scitiam: ut veram Rodie à Superiori hoc Acroaterio
 reportetis scientiam. Alii mysteria Natalis Domini
 sollicita subtilitate scrutentur, vos simplici nobiscum
 ea contemplantur devotione: alii utantur ratione, vos
 fide utimini: alii profunditatem Natalis festivitatis
 cujus anxie indagant, vos nobiscum pro hujus arca-
 na dici admiremini, eâ judicii aequitate, eâ aurium pro-
 pitate nostra rusticitati auscultare possit gravantes, qua
 piissima Salvatoris Mater, qua omnis expertis acuminis
 Josephus, qua prohi Romines alii, quasi de JESU
 recens natus rudia, sed vera, sed divina Pastorum
 iota exceperunt.

Theodorus Conradus
 Sulich. Siles.